

Universitätsbibliothek Paderborn


In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis & Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.

Melanchthon, Philipp Vuitebergæ, 1544

VD16 E 4532

Dominica Laetare Euangelium Ioannis VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35272



propositis exemplis, que ostendunt, que uitia, con que pænæ post securitatem secutæ sint.

DOMINICA LAETARE

Euangelium Ioans

Post hæc abijt lesus trans mare Gas lileæ, quod est Tiberiadis & seque batur eum turba multa, quia uidebant eius signa, quæ saciebat super his qui insirmabantur. Subijt autem in mon tem Ihesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Passcha, dies festus Iudæorum. Cum subsleuasset ergo oculos Ihesus, et uidisset, quod turba multa ueniret ad se, dicitad Philippum. Vnde ememus panes, ut manducent his Hoc autem dicebat, tentans eum, Ipse enim sciebat, quid es set sacturus.

Respondit ei Philippus, Ducentorii denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisc eorum modicum quid accipiat. Dicit unus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri, Est puser unus hic, qui habet quinc panes or deaceos

deaceos, & duos pisces, Sed hæc quid

funt inter tot?

Dixit autem Iesus, Facite homines discumbere, Erat autem scenum muls tum in loco. Discubuerunt ergo uiri, numero quasi quinch milia. Accepit autem Iesus panes. & cum gratias egis set, distribuit discipulis, discipuli uero discumbentibus, Similiter & ex piscis

bus,quantum uolebat.

Vt autem impletisunt, dicit discipus lis suis. Colligite, quæ superfuerunt fragmenta, ut ne quid pereat. College runt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quince panibus ordeaceis, quæ superfuerant his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum uidissent, quod she sus fecerat sie gnum, dicebant, Quia hic est uere ille Propheta, qui uenturus est in mundū. Iesus ergo cū cognouisset, quod uene turi essent, & rapturi ipsum, ut faceret eum regem, secessit iterum in mone tem ipse solus.

PRÍMVS Locus. Confolatio con tra curam uictus & defensionis,

K4 Exem

DOMINCA

II Exemplū de præmijs liberalitatis III Præceptū de parlimonia, Colligi te reliquias, ne pereant.

IIII Allegoria, Cum Doctores pascut Ecclesiam docendo, agitatione sit illustrior doctrina; & reliquiæ dili genter, & cum delectu asseruans dæsunt.

DE PRIMO.

Confolaho

adorring

met

TOannes Baptipsta interfectus est secundo anno. I prædicationis Christi, & post necem eius, cum Herodes etiam insi laretur Christo, secessit aliqua tisper Christus. In hoc scccsfu, cum haud dubie A= postoli uiderent suam uitam in periculo esse, ac metuerent, uel supplicia, uel exilia, et famem. Hic Christus mæstis ostendıt aliquam consolationem, ut sæpe fit in Ecclesia, et exemplum proponit huius regulæ: Primum quærite regnum Dei, & cetera adijcientur uobis, Item: Pictas habet promisiones presentis uite, or future, Item Psalmi dicunt: Non est inopia timentibus eum, Item: Saturabun= tur in die famis. Vult nos Deus primum quærere regnum Dei,id est, doctrinam coelestem, er huic obedire, or in inuocatione fideles effe. Postea, etfi uult Ecclesiam subiectam esse cruci,tamen non si= mit eam penitus deleri, sed conseruat corpus, dat nictum

uichum, dat aliquem nidum, dat œconomias, dat po litias, defendit, & liberat Ecclesiam mirabilibus modis, ctiam destitutam humanis præsidijs: Sicut exempla Abrahæ, Isaac, Iacob, Ioseph, ostendunt.

Idem docet historia huius textus, que nos de promisione admonet, & consolatur in similibus periculis. ut iam etsi Diabolus in Turcis, & alijs Tyrannis, & principibus minitatur se funditus de leturum esse Ecclesiam, tamen obediamus Christo, & expectemus defensionem à Christo, qui mirane do aliquo euentu seruabit reliquias Ecclesiæ: Siecut dixit: Ero uobiscum us q; ad consummationem seculi. Et quidem uult Christus nos exercere side, er inuocationem, in his corporalibus periculis.

DE SECVNDO.

Post distributionem superest magnus cumulus reliquiarum. Hie significatum est compensarieleemosynas magnis præmijs, er non minui facultates, sed defendi, augeri divinitus, ut sæ pe docet scriptura: Date, augeri divinitus, ut sæ pe docet scriptura: Date, abitur viobis. Item, Qui dat potum aquæ frigidæ, non perdet merce dem suam, c. Et uult nos Deus exercere sidem expectationem auxlij, in hoc officio liberalitatis: Sicut ostendit in exemplo viduæ Sareptanæ, Est er hoc insigne, quod Apostolis mandatur die stributio, ut gubernatores præcipue admoneanum.

KS

de em.

DOMINICA

de cura pauperum. Item crescunt cibi in manibus Apostolorum. Quia piorum contrectatio, et socie tas est sælix: Sicut dicitur de Abraham: Propter te benedixit nobis Deus.

DE TERTIO LOCO.

TT antea de liberalitate, que est pia er non ambitiosa communicatio, ita postea de parsi I'ar smoma monia præcipit, ne siant inanes profusiones. Ac discamus hie uere peccatum esse prodigalitatem, quæ uidelicet facit inutiles sumptus. Primum, quia Deus uult nos suis donis reuerenter uti, hoc est, agnoscere, quod sint divinitus data, o modeste co ferre ad eos usus. ad quos condita sunt. Conferre res ad alios usus per ludibrium, est contumelia afficere dona Dei. Ideo Paulus inquit: Omnis cre atura Dei bona, er cum gratiarum actione perci pienda: Item primæ Corinth. 7. Vtentes mundo ficaut non abutamini: Item Rom.13. Carnem ne curetis ad concupiscentiam, sed ad necessitatem, id est, utamini rebus pro necessitate, non pro libi= dine. Vult Deus comparci res, ad nostras, es alios rum necesitates, & detestatur luxu ac profusio= nes. Sicut econtra præcipit temperantiam, mode= stiam. Attendite, ne corda uestra grauentur cra= pula, or ebrietate. Diligenter crgo hoc loco præceptum de parsimonia observandum est: Colligite reliquias reliquias, ne quid pereat. Suntq; due uicinæ uir= eutes, Liberalitas, & Parsimonia.

DE O VARTO.

LLegoria est dulcissima, Significat enim dia Alla Aftributionem doctrina. Hac crescit agitana collin do: Sicut alibi dicit Paulus. Colonum oportet pris wol que mu de fructibus percipere : Ita docens primu ac= cipit præmia à Deo, illustratur ipse maiori lucc. Dein le reliquiæ ueræ doctrinæ diligeter, & cum delectu seruando sunt. Quare & nos ueterum monumenta, sed cum delectu seruemus . Ac utina cius rei maior cura fuisset, or monumenta tradi. ta per Apostolorum discipulos conscruata essent.

Cophini significant literas, & cruditionem,

quibus conseruari monumenta debent.

DOMINICA IVDICA. Euangelium Ioans nis.VIII.

Vis ex uobis arguet me de pecca to? Si autem ueritatem dico, quas re uos non creditis mihi: Qui ex Deo est, uerba Dei audit, Propterea uos no auditis, qua ex Deo non estis.

Responderunt ergo Iudæi, & di= xerunt